# The Electronic Manipulus florum
# www.manipulusflorum.com

## Querere Deum a
### cum uariis

Querite faciem eius semper. Si semper queritur, quando inuenitur? An semper dixit in tota uita qua hic uiuitur ex quo hic debere nos facere cognouimus quando et inuentus querendus est? Iam Deum inuenit fides sed adhuc eum querit spes; caritas autem et inuenit eum per fidem et eum querit habere per spem, ubi tunc sic inuenitur ut ultra non queratur. Forte et cum facie ad faciem uiderimus eum sicuti est, adhuc perquirendus erit et sine fine querendus quia sine fine amandus.

Augustinus super Psalmum CIIII.

________

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P $V^1$ $V^2$ $L^1$ $L^2$):

qua] quia $L^1$ $L^2$; et *om.* P $V^1$ $V^2$ $L^1$ $L^2$; uiderimus eum] eum uiderimus P $V^1$, eum uidebimus $V^2$ $L^1$ $L^2$; fine] fide (*cor. intra*) C; Psalmum CIIII.] Psalmos C, Psalmos capitulo 4. $L^1$ $L^2$